



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Meditatio IX. De inferno, ac ejusdem poena damni, & sensûs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

MEDITATIO IX.

De Inferno; eiusdemque æternæ
pœnæ damni & sensûs.

Text. Re-
gul. ex c.
4. in str.
45. & c. 7.

VNusquisque curet ad suæ Con-
sionis initium gehennam expe-
cere, & sit semper memor omnium,
præcipit Deus, qualiter contemnentes
um in gehennam pro peccatis incidunt.

Prælud. Imaginare tibi divitem
lonem, videntem Lazarum in sinu
brahæ, se verò in flammis tostum
julantem: crucior in hac flammâ.

Luc. 16.
24.

Pœnæ dam-
ni in infer-
no.

Punct. I. Confid. I. Malitiæ pec-
ut est aversio à Deo, correspondere
nam damni, quæ est æterna privati-
gratiæ, hæreditatis, & gloriæ cælesti
consortij omnium Sanctorum, Visio
que beatificæ. 2. Est exclusio per
tua à Dei providentia, sapientia, bo-
tate, misericordia cum perenni
ctione ipsius tremendæ indignatione
inimicitia, vindictæ, abominatio-
execrationi, & maledictioni à
sanctissima Trinitate, à Matre Dei
tota Curia cælesti. 3. Hanc solam
talem esse, ac tantam, ut licet mille
ferorum pœnæ sensibiles essent una
sola hæc omnes cruciatus excederet

S. Chryso-
st. 10. 2. c. 7.
Matth.
hom. 24.

Miserrime, desperatissime peccator, quò te vertes averſus à Deo, in-
viſus Deo, inimiciſſimus Deo, execra-
biliffimus Deo, projectiffimus à facie
Dei; convertere citò ad Dominum, &
convertetur ad te.

Punct. II. Conſid. Alteri malitiæ pec-
cati, quæ eſt converſio ad creaturam,
correſpondere pœnam ſenſûs in orco.
Hinc 1. oculi dæmonum aſpectu, au-
res ejulatu, odoratus fœtore, guſtus
buffonum, & ſerpentum eſcâ, & ſul-
phuris, picisquæ potu, tactus igne vi-
vaciffimo torquebuntur. 2. Memoria
recordatione elapſi temporis, occasio-
nũ &c. intellectus apprehenſione amiſſi
boni infiniti, & mali acquiſiti in infini-
tum: voluntas autem tali obſtinatione,
ut nullus damnatorum per totam æter-
nitatem poſſit, aut velit aliquando di-
cere hæc ſola verba: miſereri mei De-
us. 3. Cor etiam tali rabie & odio;
ut inceſſanter ſint blaſphematuri Deum,
Deiparam, Sanctos, & maledicturi pa-
rentes, filios, ſocios, complices, diem-
quæ nativitatis; & anima ſuum corpus,
& corpus ipſam animam ſine fine.

Pœnæ ſenſûs.

O miſerabiliſſimum dæmnatæ ani-
mæ cantum, *Lamentationes, carmen & va* *Ex. 21. 9.*
ex tam perenni maledictione; cur non
citius in vita maledixit ſenſuum ſuo-
rum

rum effrænem peccandi libertatem, voluntatis obstinaciam, & obduratam tui vitæ impœnitentiam?

Pœnarum
œternitas.

Punct. III. Confid. Malorum omnium desperatissimum esse, pœnarum æternitatem. Ibi enim sunt tenebræ palpabiles æternæ, fletus, & ululatus horribilis, stridor dentium terribilis, fœtibusque incomprehensibilis, fœtor indubialis, conscientia morsus intolerabilis, ardor incomparabilis, societas monum formidabilis, carcer miserabilis, locus impermutabilis, decretum revocabile, desperatio interminabilis, & mors sine principio, medio, & fine semper immortalis.

Psal. 54.
Isa. 33.

Cruciatu
max. æter-
nit.

I nunc mea peccatrix anima, descendente in infernum vivens, & prodeum an possis habitare cum igne devorante cum ardoribus sempiternis; si enim hic in momento uno temporis momento in igne (respectivè pictum) positus exspirat, crematur, & dolet, & tamen nequam, quod crematur, consumitur. Sed reviviscit, ut iterum moriatur, & iterum reviviscat ad ignem. O terra æternè volubilis! O omnium malorum fons inexhauribilis! si hinc, O eternitas! tui solâ memoria cor meum dilanias, quantum tibi tuâ furiam animam meam discruciabis?